

Ambr. off. III, 41 : *augetur pretium tamquam sorte cumulatam fenoris, quo periculum capitis acervatur. Tibi conditae frugis multiplicatur usura : tu frumentum quasi fenerator occultas*

Ambr. off. III, 45-51 : *Sed et illi qui peregrinos urbe prohibent, nequaquam probandi : expellere eo tempore quo debent iuvare, separare a commerciis communis parentis, fusos omnibus partus negare, initia iam consortia vivendi averruncare ; cum quibus fuerint communia iura, cum his nolle in tempore necessitatis subsidia partiri. Ferae non expellunt feras, et homo excludit hominem. Ferae ac bestiae communem putant omnibus victum, quem terra ministrat. Illae etiam conformem sui generis adiuvant ; homo impugnat, qui nihil a se alienum debet credere quicquid humani est. Quanto ille rectius, qui cum iam propecta processisset aetate, et famem toleraret civitas, atque (ut in talibus solet) peterent vulgo ut peregrini urbe prohibentur ; prefecturae urbanae curam ceteris maiorem sustinens, convocavit honoratos et locupletiores viros, poposcit ut in medium consulerent, dicens quam immane esset peregrinos eici, quam hominem ab homine exui, qui cibum morienti negaret : canes ante mensam impastos esse non patimur et homines excludimus.*

Ambr. epist. extra coll. 14, 86 : *Nemo praesumat, quia dives est, plus sibi deferendum. Ille est dives in ecclesia qui fide dives est, fideli enim totus mundus divitiarum est...⁹² Sed nec ipsae divitiae vituperabiles. Denique redemptio animae viri divitiae eius, quoniam qui pauperi donat redimit animam suam.*

Salv. Eccl. I 1, 4 *Multiplicatis enim fidei populis fides imminuta est et crescentibus filiis suis mater aegrotat ; factaque es, ecclesia, profectu tuae fecunditatis infirmior atque accessu relabens et quasi uiribus minus ualida. Diffudisti siquidem per omnem mundum religiosi nominis membra, religionis vim non habentia ; ac sic esse coepisti turbis **opulens** fide **pauper**, quanto **ditior** multitudine tanto **egentior** devotione¹.*

Salv. Gub. V 4, 17-18 *Illud est gravius quod plurimi proscribuntur a paucis, quibus exactio publica peculiaris est praeda, qui fiscalis debiti titulos faciunt quaestus esse privatos ; et hoc non summi tantum, sed paene infimi, non iudices solum, sed etiam iudicibus obsequentes. Quae enim sunt non modo urbes sed etiam municipia atque vici, ubi non quot curiales fuerint, tot tyranni sunt ? [...] Nemo itaque horum [= sanctorum] tutus est, neque ulli admodum praeter summos vastatione **latrocinii** populantis immunes, nisi qui ipsi latronibus pares².*

Salv. Gub. V 8, 39 : *Illud grave ac peracerbum est quod hac lege **tueri pauperes** cidentur ut spolient, hac lege **defendunt miseros ut miseriores faciant defendendo**. Omnes enim hi qui defendi videntur, defensoribus suis omnem fere substantiam suam prius quam defendantur addicunt ; ac sic, ut patres habeant defensionem, perdunt filii hereditatem : tuitio parentum **mendicitate pignorum** comparatur³.*

¹ « Le nombre des fidèles s'est multiplié, la foi s'est affaiblie. Les fils grandissent, et la mère est malade. Tu es devenue, Église, plus débile, par les progrès de ta fécondité ; tu as reculé en avançant, et, pour ainsi dire, tes forces t'ont rendue moins solide. Tu as répandu dans le monde entier des membres qui ont le nom de la religion, mais qui n'ont pas la force de la religion. Ainsi tu es devenue riche par tes foules, et pauvre par ta foi ; plus tu es riche en nombre, plus tu es pauvre en dévotion ! »

² « Ce qu'il y a de plus grave, c'est que le plus grand nombre voit son bien confisqué par quelques hommes qui considèrent la levée publique des impôts comme une proie qui leur appartient, qui font des titres de la dette fiscale une source de profits personnels. Et ce ne sont pas les grands seulement, mais encore d'infimes subalternes ; ce ne sont pas les juges seulement, mais encore leurs sous-ordres. Car quels sont, je ne dis pas les villes, mais les municipes et les bourgs, où les *curiales* ne sont pas autant de tyrans publics ? [...] Aucun d'eux <les saints> n'est en sûreté ; nul, excepté les grands, n'est à l'abri de ce brigandage dévastateur, si ce n'est peut-être ceux qui ressemblent aux voleurs eux-mêmes. »

³ « Ce qu'il y a de pénible et d'amer, c'est qu'ils ne semblent protéger les pauvres que pour les dépouiller, et ne défendre les malheureux que pour les rendre encore plus malheureux. Tous ceux qui paraissent avoir trouvé protection, livrent à leurs défenseurs [presque] tous leurs biens avant d'être défendus. Et ainsi, pour que les pères soient protégés, les fils perdent leur héritage : la protection des parents s'obtient par la mendicité des enfants. »